



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Bannitus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

tus Confessiones, & sibi in eo Vicarium constituere, non tamen absoluere sine licentia à casibus reseruatis.

* Addit. Arrha. Si emptor, inuito venditore, à contractu discedat, post datam arrham, illam amittit: si venditor discedat, arrham reddere, & tantundem de suis bonis soluere tenetur. *Mol. D. 338.*

Syl. Archipresbyter num. 2. Tol. l. c.

Auaritia, vide Eleemosyna.

BANNITVS, SIVE
Præscriptus.

Bannitus qui impunè potest à quouis occidi, Iudice id per sententiam in illum latam concedente, non potest occidi in alieno territorio, nisi de licentia saltem præsumpta domini territorij. Interim verò dum agitur contra sententiam per viam Nullitatis, seu Appellationis, non potest vsquam occidi.

* De facultate facta interficiendi bannitos post sententiam. *Sot. l. 5. q. 1. ar. 3. col. penultim.* vbi de Venetis concedētibz exuli, vt, si alium exulem obruncet, vita, & libertate donetur. *Bannes, Salon. 2. 2. q. 64. ar. 3. P. N. l. 2. c. 3. n. 218.* vbi de viro vxorem adulteram perimente. *Syl. Homicidium. 1. q. 2.*

Syl. l. 5. 5. Tol. l. 5. c. 6. n. 18. Con. epit. p. 2. c. 9. 7.

La.

In alieno } *Syl. l. c. nu. 3. P. N. l. c.* qui tamen distinguunt lege si libet. *Graf. l. 2. ca. 62. nu. 57.* ait posse.

2 Bannitum alere tenetur, qui aliàs tenebatur, ut pater, filius, vxor; est enim id de iure naturæ, quod per Ciuile non tollitur. *Lancell. Gabell. de Stat. q. 6. n. 11. post Socinum In. & alios.*

* *Vide Nau. consi. 23. de sen. excom. nu. 7.*

3 Bannitus potest succedere ex testamento, vel ab intestato.

* *Lege Syl. Bannum nu. 3. 4.*

4 Bannitum an possit etiam filius occidere, alij aiunt, alij negant; ego non puto. Illud verò sentio, non posse illum se defendendo, occidere eum, qui se velut minister iustitiæ occisurus aggreditur.

Baptismus, vide Matrimonij impedimenta.

1 **B**aptizatus in necessitate sine solennitate, non peccat, etiam si sit in peccato, aut excommunicatus.

* *Syl. Bapt. 3. q. 4. Tol. l. 2. c. 20. num. 7.*

2 Baptizans aliquem, putans esse alium, aut puellam, putans esse puerum; verè baptizat.

* *Tol. l. c. num. 12.*

3 In dubio an fuerit verus Baptismus: sub conditione si non est verè baptizatus, iteràdus est. *Vide de Consecr. d. 4. c. Placuit, & de Bapt. & eius effecta. c. 2.*

* *Id*